

Tempore

seminauerit homo hęc et metet vt ait apls ad Gal. 6. Hinc etiam
 d̄ Eccl̄astes. 9. Q̄d̄cunq̄ potest manus tua facere instanter operare
 quia nec opus nec ratio apud inferos est quo tu p̄peras. ¶
 De secundo nota q̄ per quatuor p̄bari potest si homo d̄nm recipit
 per gratiam: et de his quatuor iohannes in p̄senti euangelio cō-
 mendatur a d̄no. Primum est si homo sicut arundo non agitatur
 a vento: vnde dicit d̄ns. Quid existis in desertū videre arundines
 vento agitatas. q. d. iohannes non est arundo a vento agitata.
 Primum ergo signum est q̄ homo d̄nm recipit per gratiam si nō
 agitatur a vento sicut arundo. Arundo enim. i. homo arundineus
 agitata vento p̄speritatis cedit ad dexterā: vento etiā adūsitatis
 agitata cedit ad sinistrā: contra hoc mandauit moyses regi edom
 Nūi. 20. Obsecram⁹ vt nobis transire liceat per terram tuam: nō
 ibimus per agros aut per vineas: non bibemus aquā de puteis
 tuis sed gradiemur via publica nec ad dextram nec ad sinistram
 declinantes donec transeamus terminos tuos. Edom interpretatur
 terrenus vel sanguineus ⁊ significat mundum qui a dyabolo qui
 homicida extitit ab initio multiformiter est trucidat⁹. Igitur filii
 gratie transire debent per terram huius mundi vt nec cedant ad
 dextram p̄speritatis per immoderatā leticiā: nec etiam declinent
 ad sinistram per desperatā tristitiā. Arundo etiam videt̄ exterius
 solida h̄ intus est vacua. Sic sūt quidā hoies qui h̄nt arundineas
 gr̄as vtpote corporis pulcritudinē membrorū sanam fortitudinē
 lingue facundiaz et huius seculi sapientiā ⁊ h̄modi quibus raro
 merentur sed sepius demerent̄. contra quod ait apls. 1. Coz. 15.
 Gratia dei sum id quod sum: ⁊ gratia eius in me vacua nō fuit h̄
 abundantius omnib⁹ illis laboraui. q. d. Non habui gr̄am arun-
 dineam: item dicit. 2. Coz. 6. Exhortamur vos ne in vacuū gr̄az
 dei recipiatis. Scdm̄ signum per quod p̄bare potest si homo d̄nm
 recipit per gratiam hoc est si mollibus non vestiat̄. Ille mollibus
 non vestit̄ qui molliter non viuit: sed qui carnem suam crucifigit
 cum viciis ⁊ cupiscentiis et qui abstrahit ei delectationes ⁊ con-
 cupiscentias huius mundi: vnde dicit apls ad Gal. 2. X̄po con-
 fixus sum cruce: viuo aut̄ non ego. viuit vero in me x̄ps: et post
 pauca subdit. Non abijcio gratiam dei. q. d. Abijcerem gratiā dei
 si molliter ⁊ hm̄ carnis cupiscentiā viuerem: p̄pter hoc d̄ns dicit
 in euangelio Mat. 11. Sed quid existis in desertum videre hoīem
 molli. vesti. ille in quo est gratia non est mollibus vestitus: hinc
 etiam dicit Mat. 3. Q̄ iohannes habebat vestimentū de pilis ca-
 melorum. Et nota q̄ anima intrinsecus vestiri debet molli et deli-
 cata virtutū vestitura. Caro vero extrinsecus in quantum sustinere